

legēdi operis, duobus ex ipsis Græce doctis de-  
 tur. Nouū inde tædium deuorādum: nam toto  
 mense satago vt referant quibus demādata fue-  
 rat cura. Assidua importunitate victi, referunt  
 ad congregationē in Capella (verius quā sa-  
 cello) Sorbonici collegij cōgregatā. Nouum pla-  
 ne erat, videre rursus inter tales magistros  
 Robertum Stephanū, cuius de vita, cum tot mē-  
 ses abfuisset, desperatum fuerit. Rediisse nem-  
 pe in gratiam oportuisse dicebant: vt solēt sci-  
 licet oues lupis recōciliari. Ingressus saluto: ac  
 resalutor ab illis. Vbi in cōclauē ingressi sunt,  
 Decanus facultatis, Clericus cognomine: lōga  
 oratione in memoriam reuocat Sodalibus mo-  
 lestias eis à Roberto Stephano exhibitas: ni-  
 hil proinde à Facultate quod ab illo profectum  
 esset, videri sibi esse approbandū: illa compro-  
 batione, authoritatē Facultatis minui, & quem  
 damnassent, commendari, & culpæ agnitionem  
 esse quandam. Igitur Nouum testamentū nul-  
 lo modo probandum, quod iniussu Facultatis  
 impressisset. Hæc orationis sūma. Guiā curtius  
 postea, qua pollet garrulitate, idem inculcat.  
 Tunc autem solito loquacior, vt strenuē in me